



**Tabulae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm
inclementiam euasere, de Festis

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1615

In festo SS. Crispini & Crispiniani.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)

Palea & mica.

* 1. Ampullam illam oleo plenam, putant
allatam ab Angelo, quem & Michaelé fuisse
tant.

* 2. Lilia quoque tunc diuinitus è cælo
quibus Clodouæus ipse, & qui eum secuti
Reges Franciæ, pro regni insignibus vsi sunt,
tribusonum. Vide Guaginum, lib. 1. c. 8.

* 3. Ampulla illa etiã nunc adseruatur Rem
in Abbatia S. Remigij, & dicitur apparere oleum
solum quo tempore sunt coronandi Gallorum
Reges, non etiã alias, idque tota Gallia notiffi-
mum esse refert Bar-ptolomeus Chassaneus in Cata-
logo gloria Mundi, parte 5. confid. 31.

IN FESTO SS. CRISPINI
Crispiniani, futoriæ artis patronorum

Auesnis in templo superiore 1614. 20.

Octobris, horâ circiter 10,

antemerid,

Thema: *Quæ videntur membra corporis
infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ pre-
tamus esse ignobiliora membra corporis, his a-
bundantiorem honorem circundamus, & quæ
inhonestas sunt nostra abundantio-
riorem habent. 1. Cor. 12.*

Vulgò dicitur (Auditores &c.) prouert

Gallico non esse tam paruum Sanctum, qui non cupias suam candelam honestari, etsi reuera nullus est paruus Sanctus, si probitas magnos, ingeniumq; facit: & si qui minor est in regno Caelorum, maior est vel Iohanne Baptista, ut ait Christus.

Est minor nemo nisi comparatus.

Sed neque est Patronus quisquam tam proiecti opificij, cui concionem non postuletis. Bene, optime utrobique.

Non est enim vllus in Caelo Diuus indignus honore, festo, & concione propria. Nemo non magnus Sanctus nobis miseris peccatoribus comparatus.

Et egemus talibus tutelaribus omnes, & hoc quisque magis, quod est pauperior, villior, & apud homines contemptior. Eget hedera muro aut quercu, cui innitatur.

Sed hoc vnum me male habet, & admonendi huius estis, serioq; carpendi semel, quod dum concione Patronos illos vestros ccelestes honorare, (vti par est) vultis, & huc Concionatorem poscitis; Concionatoribus iniurij estis, quos non satis mature ac tempestiue poscitis, aut futuri laboris admonetis, vt opportunè illi se accingant, & parent.

Eccè enim heri primùm rogatus sum in hodiernum diem concionator.

Indignor, non quia vocor, aut huc cogor, sed quia tardius aut serius, quam pro rei dignitate.

Oportuit Sutores & Cerdones vel saltem metiri artem nostram concionandi, pede suo, aut aris sua.

Vt enim ipsi vel calceum vnum aut ocream non fecerint quanto quanto proposito, nisi dato commodo temporis spatio, ut instrumenta parent, subulam, formam, clauiculos, materiam excindant, ordinent, conuant &c. sic nos possumus conciones formare omnino ex parati: *grandia si paruis adsimulare licet.*

Operatur Natura cū tēpore, ex tempore.

Non flatu solo, fusorum virariorum inflat conciones à nobis conduntur, aut vt in Typographia vno preli motu multæ simul excluduntur non, non.

Nec concionum aceruos in omnem euentum in mente repositos habemus, vt Deus ideas ex mente Platonis; & animas omnes, quasi in promptuario sensu Origenis.

Nobis opus tempore & otio, ad inuentionem rerum dignarum Diuis ipsis, & auribus auditorum, & persona, quam sustinemus.

Vt Deus finxit singulatim corda eorum, & creaturam infundit, & infundendo animas creat, sic nos conciones condimus per occasiones.

Sed etsi non ad gloriam & famam concionamur, tamē ignominiam nostram à mala concione fugiamus.

Vt famam popularemue auram non capimus, non tamen libenter nostra culpa amittimus, quia Dei beneficio sumus adepti.

Nec volumus, famam illam exiguam quam tot annis, tot elaboratis Concionibus peperisse nobis potuimus, vno die, vna inelaborata concione nobis perire.

Quid? temerè concionando non modò ignominia, sed & culpa quoq; timenda est.

D. Francisci Legislatoris nostri præceptum est, ut sint examinata & casta nostra eloquia. Examinari autem sufficienter non possunt tantis temporum angustijs. Ergò.

Cic. autem lib. de petit. Consulat. ad M. Tullium fratrem, ita consulit: *Ita paratus ad dicendum venito, quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurum sit.*

Certè si vel Ciceronem aut Demosthenè, tantos tamen viros, ita extemporatos dicere rogaretis, repulsam pateremini.

Et tamen quantuli nos sumus! pigmæi vix cubitales tantis Gigantibus comparati!

Nihilominus vultis nos dicere ex tempore.

Contrà; quantulæ res erât, quas illi tractare solebant, nostris comparata? Versantur nostræ circa salutem animæ sempiternam.

Tantæ ac tam seriæ sunt res pro Concione tractandæ, ut vel Gorgias ipse Leontinus Philosophus, ac Rhetor summus (qui primus instituit orationem extemporalem, & declamationes exercitationis causa (teste Philostrato) primusq; ausus est in Conuëtu poscere, qua de re quisq; vellet audire; ac de re quæcûq; in disceptatione questioneq; vocaretur, se copiosissime dicturum profiteri,) de mysterijs nostris sic iussus ex tempore dicere, ut nos vultis, sit tergiuersaturus.

Certè (ut verum fatear) rã irascor isti Sutorum negligentia & tarditati, quã Cerdo aliquis amissa (quod aiunt) subula, dum est in opere.

Edicoq; deinceps & ipsos, & alios repul. a passuros à nostris, à me saltè, quoties seriùs operã nostrã in re simili implorabunt.

Et

Et propemodum, nisi reueritus essem reue-
dos canos, & veterem amicitiam senis, qui in-
cessit, & negligentiam excusauit; nisi glori-
Martyribus Crispino & Crispiniano multum
noris habuissem; & arbitratus essem indigni-
pulum Auesnensem vniuersum priuari verbo
ob paucorum oscitantiam, non fueram acquie-
rus poscentibus.

Vt vile sit opificium, de quo, & pro quo hoc
sermo habendus; non sunt tamen viles Patroni,
debeant in elaborata concione dehonestari, aut
non satis honorari. Satius sit, de ipsi alijsq; Dijs
omnino tacere, quam vel pauca, vel minus digna
dicere.

Nam profecto vereor, ne, ob tantam temporis
angustiam, ad instruendam concionem; Cerdo
tantum, & Veteramentarius sutor & lubpater
merear hodie appellari, potius quam egregius
bonus Orator, ut hactenus à nonnullis, qui cum
multa derogant, hoc saltem ex professo mihi re-
linquant.

Vereor, ne dicatur illud vet. Poeta: Ebrus e-

nec enim faceres hoc sobrius vnquam.

Ut velles corio ludere Cerdo tuo, id est, ita famam
eloquentiae periculo exponere. *Martial. lib. 3.*

Et illud quoque iure optimo: *Quodq; subit
buit subula, sic rapit.* *Martial. lib. 1.*

Adde, nescio quo meo (ut sic dicam) fatose
accidere, ut multi vel conentur me capere in ser-
mone, vel à me dicta perperam referre, aut inter-
pretari: etiam post longum studium. Quanto et-
go magis, cum venero imparatus ad dicendum?

Quò vilius est argumentum & opificium; hoc benè de eo dicendi prouincia durior est tenuitati ingenij mei, & rerum omnium inopiæ.

Et quò nobiliores sunt genere, vrbe & passione pro Christo, Opificij ipsius tutelares Crispinus & Crispinianus; hoc nobiliori oratione fuerant prosequendi.

Fuerunt enim ipsi Nobiles (si nescitis,) & Romani quidem.

Et passione tam gloriosi Martyres, in persecutione Diocletiani sub Rictionario præsidente (al. Rictiouaro. Surio) vt maiora fide passi videri possint, etsi eadem passos non dubito.

Primum enim, quàm fuit hominibus Romanis, nobilibus, & aliter adfuetis, graue, rerum angustia cogi, manibus, & labore victum quærere, & quidem vili arte, Sutoria & Cerdonica?

Mollibus adfuetus lorica ferre recusat, Mantua.

Cùm enim Roma in Gallias venissent Diuinitati, ibi Idolatris Christum annuntiatum, & rigaturum, quod quidam alij ante ipsos plantassent, essentque Imperatores eius æui Diocletianus & Maximianus adeò religioni aduersi, vt aqua & igni Christianis interdictum videretur; nemoque auderet Crispinum & Crispinianum Catechistas & Doctores excipere, alere, neque vllis charitatis officijs fouere; coacti sunt Sutoriam ediscere, ad vitam ducendam, eamque potius artem, quòd quietam videretur, in qua & excelluerunt.

Auditum autem, ab illis interim multos ab Idolatria ad Christum conuerti.

Quæsi ergò & inuenti: & Deus bone! quot

mòx ſupplicijs ſunt affecti!

* 1. *Ad trochleam* extenſi, ſuſtibus caſi. (g
force baſtonnades.

* 2. *Sudes acute*, inter digitorum vngues &
nem, defixæ, horrendo ſupplicio, quæ tamen
lientes, ex miniſtris nonnullos interfeciſſe, non
nullos vulneraſſe feruntur.

Heu cadit in quenquam tantum ſcelus!

Tali olim ſupplicio affectæ ſummi Tyranni
liæ virgines, Dionyſij Syracuſani (opinor)

* 3. *In Axonam* fluuium, molaribus ad colla
ligatis, merſi ſunt, vt frigore & glacie cruciati
morerentur.

Sed, Deo prouidente, nec aquis merſi ſunt, nec
molaribus obpreſſi, aut depreſſi, nec frigore con
ſtricti, ſed quaſi thermis & æſtius lauacris recre
ati, ſed & ſoluti, ad ripam aduerſam ſunt delati.

* 4. *In plumbum* liquefactum iniecti, illæſi
ſed non illæſo tyranno Riſtiouaro, qui plumbum
guttâ in eius oculum exiliente, non ſine cruciatu
excæcatus eſt.

* 5. *In picem*, adipem, oleûq; mixtim feruefactum
iniecti, nulla læſione; quæ res ita Riſtiouari animam
momordit, vt ſe in ignem inijceret, ibiq; interiret.

* 6. *Capite truncati*, iuſſu Maximiani, canibus
uibusq; relictæ.

Eiuſmodine martyres, toties martyres digni
qui extemporali concione, per ſutorum & clientum
ſuorum negligentiam, dehoneſtentur?

Pœnitentiam igitur agite huius indignitatis
ac tarditatis.

Dabo tamen operam (Deo fauente) vt quod

dignissima dicā Patronis vestris, & adpareat, hac me nocte torā, plus olei quā vini, consumpsisse, & plus vigilasse, quā dormisse.

Et me consolatur proverbium illud Apellāi, iam priscum: *Ne sutor ultra crepidam: speroq; Sutores saltem & Cerdones, æqui boniq; consulturos, quidquid hodiè dixerō, & ut ut dixerō, cū tarditatis suæ conscios, tū non nescios, sutoris non esse, ultra crepidam censere.*

Dicendum ergo hodiè michi		1. De Sutoria artis vilitate, & indè materia Christiana humilitatis;
		2. De Sutoria necessitate, antiquitate, æquitate, commoditate;
		3. De meditationum honestissimarum inter operandum, hinc argumentis, seu occasionibus. AVE.

I.

De Sutoria artis vilitate & indè materiā Christiana humilitatis.

Commodè satis contigit (Auditores, &c.) ut idem ego, qui nupèr, festo D. Barptolomæi, concionem hoc loco habui, hodiè quoque hic habebam, festo SS. Crispini & Crispiniani.

Conveniūt enim satis hi Divi & patrocini, & clientum similitudine, & argumenti vicinitate.

D. enim Barptolomæus patronus delectus, aut datus, Coriarijs subactarijs (gall. *Concours & tanneurs.*) id est, ijs omnibus, qui circa corium integrum versantur, immergendo, purgando, expilando, subigendo, vngendo, oleo imbuendo, &c.

DD. verò Crispinus & Crispinianus p
Sutorum & Cerdonum, & eorum, qui cor
Bar-ptolomæanis iam præparatum dissecant
ad vsum humanum propiùs vocant.

Et Clientes Diuorum illorum æquè om
vno nomine Coriarij sunt, à corio, quod equ
stant, etsi aliter hi, aliter illi.

Ergò Concionator idem similiarum Patro
rum, similiarumq; clientum, non est hodie imp
tunus.

Cæterùm in gratiam Sutorum optârim, red
uitum nunc esse Pastorem huius quondam loc
Dom. Iohannem V Villotium, & meo loco ho
die dicere, quòd gratiora fortasse diciturus esset,
quàm ego, qui scilicet fuerit Magistri Filius, id est
Sutore patre natus, & præterea (vt ex vobis ip
fama didici) magnus, & lepidus paternæ artis
est, Sutoriæ laudator: illum inquam, cuius ibi
illa columna pendet epitaphium.

Lippis enim & tonforibus notum est, eum
ex officio quærere soleret ab ignotis, quis quilibet
& cuius esset, quâ arte viueret, ad peccatorum la
licet faciliorem aliquando cognitionem, & con
silia aut remedia aptiora pœnitentibus decerne
da, de duobus maximè generibus hominum ali
ter atque aliter longè centuisse.

Ferè enim, quisquis ei roganti, quod est opus
tuum? respondisset, Lanarium aut Lanificum
esse, id est succidæ lanæ fullonem, purgatores
eruditorem: audiebat tenuem exhibilationem,
quasi contentum totius artis, nihilque esse omni
hoc hominum genus (& certè multi eiusmodi
era

erant, & Belgicis hisce de religione tumultibus, inter iconoclastas, pexores illi lanarij non vltimi fuerunt) quisquis verò Sutorem se diceret, intelligebat quasi ad plaudentis vocem, & opificij laudē, bonum illud aientis, atque adijcientis (quasi probandi ergò) se quoque patre sutore natum esse. Ità est sc. *suum cuiq; pulcrum.*

Lanarij tamen non omnes mali. Nam S. Severum Deus de lanificij arte, ad Episcopatum Ravennensem sustulit. *Vsuardus in Martyrol. Molano 1. Febr.*

Nemo (opinor) commodiùs isto viro hodie diceret. Certè commodiùs quàm ego, nec sutor, nec sutore natus, tantumq; ruditer quædam eius artis edoctus legendo, audiendo, & in Sutrinis, ad nomina artis (vt fit) ediscenda, versando.

Dicam tamen, quàm potero optimè, & optima, & salutariora animis, quàm auribus corporis plausibilia.

Ergò, ego Sutoriam artem à tribus maximè laudo:

* *Primò*, quòd via sit ad Humilitatem Christianam;

* *Secundò*, quòd valdè necessaria, & iusta, &c.

* *Demique*, quòd singula penè eius artis instrumenta, artificem docere aliquid possint.

* *Ac primò* quidem patet eam esse ad Humilitatem viam, quòd multis modis artificem humiliet.

Sutoriam certè artium mechanicarum penè omnium esse humillimam, maximeq; ad civilem & Christianam humilitatem inuitare cultores

suos, nemo non videt.

Sutoriam
arrem vilē
indicant

1. Materia, circa
quam illa ver-
satur, vt sunt

2. Obiectum. Pes tibia,

3. Finis,

4. Prouerbia in ipsam, aut ab ipsa orta,
vel orta.

1. Pelles anima-
mortuorum.

2. Setae porcinae

bus quasi ac-
tuntur Sutores

3. Pix, oleum, ad-

&c. sine quib.

hil ferè fit.

* i. Materia circa quam.

* j. Pelles enim animalium mortuorum, & ca-
daverum, ipsis in perpetuo vsu, & in manibus: res
ita sordidae, vt lege Moyfi lauandus, & purgan-
dus esset, qui etiã mortuum hominẽ adtigisse

* ij. Setae porcinae, & suillae, quibus, vt acutis
Sartores, semper vtuntur Sutores; adeò, vt quidam
Sutores à sue dictos putent, à setarum huius ani-
malis vsu scilicet.

Est autem sus animal lege Mosaica immundũ,
esui, & sacrificijs inidoneum.

Adeoq; immundum, vt *lutulenti* aut *lutulenta*
epithetò perpetuò habeat. Et *amica luto sus*, ait ille.

Cic. aut quiuis alius, orat. in Sallust. Nihil aliud
studet Sallustius, nisi vt lutulētus sus cū quouis volutari.

Et tam sordidum vulgò habetur, vt ne nomen
quidẽ porci aut suis, aut etiã carnis eius cibarie, no-
minare soleamus, sine veniæ præfatione.

Vt taceam, quòd Machometus nugatoriè, in
suo

fuo tamen Alcorano, ait, porcum suâ lege prohiberi, quod post diluuium ex fimo cameli fuerit procreatus, atque ideò sit immundus.

* iij. Pix, oleum, adeps, &c. Filia sutorum quouis momento pice confricanda.

Pix malè audit in scripturis: *Qui tangit picem, inquinabitur ab ea.*

Oleum autem, adeps, & butyrum, &c. quibus sunt inuncta coria, quâ inficiunt manus ac vestes!

Quàm sunt omnia illa tetri odoris!

Adeò hinc olidi quidam futores, vt quandoq; assessoribus suis graues esse possint.

* 2. *Obiectum.* Et si vtres & vasa nescio quæ vinarie coriacea, aut pellicea quoque faciant; item culleos parricidis; & cymbas futiles militibus (cuiusmodi cymba Charontis fingitur:) calcei tamen & quandoque ocreæ, propria Sutorum sunt opera, vnde & Calceolarios Plautus vocat.

Itaque pes infima hominis pars, & quandoque tibia (cùm scilicet ocreas conficiunt) proprium sutoriarum artis obiectum est.

Sordes eius in pedibus eius. Verè cuius à pedibus sunt Sutores omnes.

Vile est omne seruitium, pedibus impensum.

Vile pedes lauare, quod Christus seruis suis vltima cœna præstâdo, summam suam humilitatem testatus est.

Vile calceorum corrigiam soluere, calceos exuere, &c.

Baptista de Christo: *Cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum soluere &c.*

Sueto. in Vitellio. *Pro maximo munere à Messalino*

linâ petijt, vt sibi pedes præberet excalciandos.

Pedibus Victorum, Iudicum, Iratorum
plices aduoluuntur, dùm humilitatem ostent
vt flectant.

Calceolarij autem vilissimo cuiq; calceos
mi induunt, exuunt, &c.

* 3. *Finis.* Nam eò fit calceus, vt pedibus sub
natur, toto corpore conculcetur.

Proverbio autem dicuntur iacere sub pedibus
aut conculcari, vilissima quæque. Quid enim
liùs, quàm pedibus proteri?

*Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuo-
rum.* psalm.

Isaia 28. *Pedibus conculcabitur corona superbiae
briorum Ephraim.*

*Sal infatuatum ad nihil valet ultra, nisi vt mitte-
tur foras, & conculcetur ab hominibus.* Math. 5.

Mox vt emtus est calceus, semper deinde in
to est, sed & calceo sputa quæque maximè horre-
da proteruntur: deterguntur quoque & adfrican-
tur illi sordidissima quæque.

Calceus, non vt pileus, vt chirotheca, vt vestis,
vt alia ferè ornamenta corporis, initiò studiosè
adseruatur; sed primo quoque die, si sic acidi, in
medio luto versatur, sit licet confectus ex corio
Cordubensi, aut etiàm Marochino, ficto aut ve-
ro. susque deque habetur, mundo luto loueantur
re.

Vides, vt sint in Sutoriâ vilia omnia? vt omnia
valeant ad fastum retundendum? vt ad animi de-
missionem vocent omnia?

* 4. *Proverbia,* aut in ipsâ torta, aut ab ipsa orta.

* j. Vt vetus illud Apellis: *ne Sutor vltra crepidã.*
quod parum eos alibi sapere subindicat, quàm in
sua arte.

Plin. lib. 35. cap. 10 de Apelle. Ferunt à sutore re-
prehensum, quòd in crepidis vnã intùs pauciores
fecisset ansas: eodem postero die, superbe emenda-
tione pristinae admonitionis, cauillante circa crus,
indignatum prospexisse, denuntiantem, *ne supra
crepidam sutor* iudicaret, quod & ipsum in prouer-
bium venit.

* ij. Et illud: *Cras cerdo, hodiè nihil:* de rerum &
fortuna vicissitudine, apud Iunium centuria 8. in
fine Chiliadum Erasmi,

* iij. Et illud Gallicum: *Beau soulier deuient en fin
sauate*, id est, pulcherrimus quisque calceus tandem
adteritur: q. d. deflorescit pulchritudo: caduca om-
nis hominis gloria, quod sic exprimunt Itali: *Non
fa mai costi bella scarpa, che non diuentasse bruta za-
uatta.*

* iiij. Et illud maximè, quo sutor (ac cerdo præ-
cipuè) pro proiectissimo quouis, & tenuissimæ
fortuna homine, capitur; & omne opus negligen-
ter factum, atque inelaboratum, Cerdonis & ve-
teramentarij opus adpellerur. (gallicè *Saueterie.*)
Est enim apud nos ferè Cerdonis nomen, nomen
cuiusuis artificis in suo genere imperiti, & inepti.

* v. Et quòd Galli Cerdonem vocent *Ord febu-
re*, id est, non aurifabrum, sed vt sonat *Sordifabrũ,*
aut *Sordidum artificem.*

* vj. Et quòd olim Parisijs, in certam vnã pla-
team Cerdones omnes redacti sunt, quæ indè Ve-
teramentaria (gall. *Saueterie*) vocabatur, quasi in-
digni

digni, qui promiscuè cum cæteris habitarent.

Itaq; est ars Sutoria vndequaq; vilis, & militatem ciuilem, atq; Christianam, valde ces ipsos prouocans, *ne ambulent in magnis, neq; mirabilibus super se.* psal.

Ideoq; mihi fit verisimile, DD. Patronos istros Crisp. & Crispinian. hanc potius artem, re angustijs pressos, perdidicisse, ad vitam sustentandam, non quòd reliquis faciliorem ad perdendum viderent, aut opum feraciorem; sed cum primis humilem, vilemq;: vt humilia opera excedendo, Christo Domino conformarentur, & multitudine humilationibus, humilitatis apicem aliquandò tandem attingerent.

His tamen auditis nolite animo deijci, neque Sutores, neque Cerdones. Sunt enim & alia multa, quibus consideratis, respiretis, & paululum adsurgatis. *Fugat hoc facit illud amorem.* Oui, l. Ma

I I.

De necessitate Sutoria, Antiquitate, Aequitate, Commoditate.

Est enim
ars veltra

1. Necessaria,
2. Antiqua, & à magno Autore, & à viris magnis culta,
3. Iusta,
4. Non magni laboris,
5. Infirmi humani accommodatissima.

* 1. Necessaria. Necessarijs autem prima debetur cura, dignitati posterior.

1 Cor. 12. *Quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.* &c.

Antica & postica nostra, videmus quàm necessaria, etsi honestè nominari non possunt.

Non ergò, quia circa tibias ac pedes hominis versatur futoria, idèò contemnenda; imò quia idcirco tantò magis necessaria est humanę vitæ, tantò maioris æstimanda.

Sunt enim hoc tibie ac pedes humani corporis moli, quod fundamentum ædificijs, quod columnæ palatij, ac basilicis: & cura pedum, vt cura columnarum, quibus neglectim habitis, aut suffosis, necessariò corruant superstructa.

Necessarius calceus humanae

{	1. Sanitati,
	2. Celeritati,
	3. Diuturnitati itinerandi,
	4. Munditie.

* j. Sanitati, tuendo aduersus

{	1. Frigus,
	2. Humores,
	3. Læsiones à spinis à scrupulis, &c.

* 1. Frigus, quod in extremitatibus corporis, ac pedibus maximè grassatur, corpori est nocentissimum.

Nocet autem coniugatis maximè, & generationem retardat: vt contra cœlibatū professis prodest, ad continentiam.

Itaque discalceati ferè ambulamus Obseruantini. & Capuccini. Sic & Origenes olim.

Contraria sc. contrarijs curantur, ætus ille natura, æterno frigore & nuditate.

* 2. Humores, qui sine calceis, multi, lutosi itineribus, toto corpore, magno valetudinis incommodo imbiberentur, atque adtraherentur.

* 3. Læsiones, à spinis, à scrupulis, &c. quorū minima

nimæ offensiones neglectæ possint tandem
tem inferre.

Achillem pes vnicus vulneratus perdidit
Quàm sunt etiam crepidæ & ocreæ hū-
les!

Quàm facilè læderetur eques, si non esse
creatus! non modò eum dumeta læderent, ac
laniarent; sed ipsa quoque ephippia, Itapra, & ali-
pium vincula, &c.

Quàm sæpè lacer caligis tibijsque incederet
ques, non ocreatus!

Itaque equitaturis militibus, mercatoribus, &c.
prima cura ocrearum.

Homero Argiui ferè semper vocantur bene
ocreati.

Quod vngulis equorum ferrum lunario sub-
fixum, aduersus itinerum salebras, hoc pedibus
humanis calcei aduersus spinas, & petrosa,

* ij. *Celeritati.* Fertius enim ac certius calce-
tus figit pedem, quàm discalceatus, maxime itine-
re humectato.

Quod equorum vngulis ferrum bene hama-
tum (hyeme maxime) ad cursum, & vehiculi tra-
ctum commodiorem, hoc pedi calceus ad celer-
tatem.

Discalceatus humido itinere, vix promouetur,
sæpè labat, lapsatque, ac prope magis regreditur,
quàm progreditur, non habens, quo pes figi possit,
ac retineri.

* iij. *Diuturnitati* itinerandi. Pulsatione illa ter-
ræ pedestri, ita pedes nudi contunduntur, fatigan-
tur, vt statim longiùs procedi non possit. Et po-

Et possit ipsum solum, aut arena ita feruere æstu solis, vt pedes nudos coquat, atque ilicò hominem listat.

Memini certè me comitem aliquandò fuisse Germano cuidam meo, optimo adolescenti, forti, & vegeto, peregrinanti Montibus Hallas vsq; religionis ergò, & ex voto, nudis pedibus: sed ita misero homini tunc decoctos fuisse, adtritros, ac delassatos pedes, cum adhuc procùl ab Hallis abesset, vt lachrymas mihi excuteret miser, & vicissim ego illi, humerosque meos offerrem gratissimo oneri futuro supponendos, si tulisset. Perreptaui tamen magis, quàm accessit, quò destinâta, indeque Bruxellas ad D. Gudulæ, sed sic, vt eques redire coactus sit, & reuersus domum, vix reptaret. A eternum nunc quiescat in cœlo, charissimus ille meus frater *Nicolaus Bosquierus*, nunc Neomagi mortuus, in vinculis Hæreticorum, quæ pauca hic scripserim, Lector, velut epitaphij vice.

Calceatus verò idem poterat, vel Romam, aut Ierolosymos vsque alacriter peditare.

Longo itinere, sine calceatu, atteruntur pedes, ait Plinius.

Necessaria igitur multis nominibus ars vestra, *pusillus grex.*

Itaque, vel Christus ipse, qui calceamenta suis prohibuit, integra (inquam) illa & vsitata, studio castitatis & pœnitentiæ; sandalia tamen iisdem permittit, ad faciliorem laborum & peregrinationum propter Euangelium, tolerantiam.

* *iiij. Munditiei. Laui pedes meos, quomodo rursus inquinabo illos? Cant. 5.*

Cant. *Quàm pulcri sunt pedes tui in calceamentis*
filia Principis!

Alioqui lotiones vespertinæ discalceatis
 rint quotidiè necessariae, aut sordes in lectulis
 ræ, ac perpetuæ.

A deò necessarij humanæ vitæ calcei, vt
 fit, honestū ciuem incedere non togatū aut pa
 atum, quàm nudis pedibus, & discalceatum.

Prima cura patris Prodigij reducis fuit, di
 se: *Date calceamenta in pedes eius.* Luc. 15.

Angeli quoq; Petrum è carcere liberantis,
 xisse: *Surge velociter, & calcea te caligas tuas, vel sub*
liga soles tuas, græcè sandalia. Act.

Et Domini Dei, de ritibus Agni Paschalis co
 medēdi, præcipiētis: *Calceamētā habebitis in pedibus.*

Sed & prohibitum Ecclesiæ regulis, nudis pe
 dibus Eucharistiam conficere, celebrare.

Lilius Gyraldus in symbola Pythagoræ, pag.
 149. agens de illo *Pedibus nudis sacrificandum:*
 multa, sic ait: *Porrò Christianus nobis ex cereo omni*
ritu, & Pontificum institutis, prohibitum sacram E
ucharistiā nudis pedibus conficere: & Paulus monet cal
ciatos nos pedes habere debere in preparationem Eua
gelij. Idem repetit D. Cypria. *Vt serpens, inquit, à no*

calcatuſ obteratur neue armatos pedes possit morde
 Prodigio Evangelico iuber pater dari calceamēta
 in pedes, antè vituli saginati manducationem.

Quinimò crepidæ multæ in Sacratio Romæ
 in Petromontorio, apud Obseruantinos nostras
 & nunc his locis apud Recollectos, & Capucinos
 communiter celebraturis paratæ, quas, exutis sac
 dalijs, induant altare adituri, qui vsus & apud no
 olia

olim fuit, vt adhuc loculi illi, & quasi arcule quædam, quibus adseruabantur, restari possunt.

Quid? olim, lege Mosaica, vel Discalceari duntaxat, ignominia magna erat; & *domus discalceati* titulus erat hominis nota censoria signati. Vide locum, & causam, Deuter. 25.

Si quis ergo est, qui Sutoriam contemnat, vt non necessaria, ei optanda fuerint ea miracula, quibus totos 40. annos vsus Dominus erga Israelitas suos in deserto, vt neque vestes eorum, neque calcei adrererentur. Deut. 8.

Vel intelligenda gallicæ illæ Ciceroni dictæ, calceamenti genus pluuio tempori accommodum est ligno (vt quidam volunt) aut (vt Nebriffensis) ex panno, cui Gallicum nomen (*Galloches*) ferè quadrare viderur.

Vel, Baptista & penitentiũ ritu, incedendũ.

Vel, cum Isaia nudo & discalceato, prophetandum *Isai. 20.*

Vt hic taceam, quàm sint necessarie ocreæ piscatoribus, fossoribus viuariorũ, militibus, viatoribus, equitatibus, maximè aquas vadaturis, sed & Monachis olim, nocturnis vigilijs facilius tolerãdis.

* 2. Antiqua verò etiã est ars ista, à condito mōx mundo sc. & à magno Autore, Adamo, & Eua: *Consuerunt sibi folia ficus, & fecerunt sibi perizonata.* Genes. 3.

Imò à Deo ipso. Id verò tam nouũ atq; inauditum, vndè tibi? inquis. Ex Genes. 3. cap. Nam ibi dicitur: *Fecit eis Deus tunicas pelliceas, & induit eos.*

Pelliceas, & quidè est pellibus animalium occisorum, (Tostati sèso ibidè) tũ ad mortis memoriã; tũ ad

demonstrandum, licentiam iam tum illis
animalia occidendi, ne putaret Adam non
occidi, quibus nondum liceret vesci. *Tost. at.*

Ergo e corio consuendi, primus autor
scribat Polydorus Vergil. in suis de inuentu
libris.

Si Leodij Deus visibilis versaretur, in qua
omnino omnes, etiam Nobiles, necesse est
ex duabus illis & triginta tribubus siue opifici
bi deligere, ei que adscribi (quod non ita diu
mortem Dux Arschochanus pie memorie fecit
alicui se tribui vellet accensere; Sutoriam fortasse
eligeret.

Quidni? Nam etiam fabrilem elegit Christus
cum in terris visus est, & cum hominibus conuersatus
est.

Infirma mundi elegit Deus, &c.

Eane nobilitas artis vestrae exigua?

Sed & inter caeli iam ciues socios habetis in
arte optimos, DD. Crispinum & Crispinianum
Paulum Apostolum sc. qui erat *scenofactor* *art.*
& tabernacula coriacea (credo) compingebat.

Idem libenter eiusmodi hospitibus utebatur
Act. 18.

Act. 9 & 10. Petrus apud Simonem quendam
coriarium. Si cui perierat Petrus, ibi inuenitur
tur. Dormire ferè non poterat alibi, quam in do
mo coriarij, non alibi refici: non somnum capere
aut obdormire, nisi coriario (vt sic dicam) cunab
ius agitante.

DD. Petro & Paulo Sutorinae hospitium; ho
pites, Coriarij, Sutores, ac Cerdones erant. *Nu*

alijs nonnullis aliter. Sed sic & Perrus & Paulus, idcirco (opinor) quòd hoc hominum genus innocentia fit satis proximum.

- * 3. Iusta, {
1. Otium vitando, vitiorum fontem,
 2. Legi Dei parendo, In sudore vultus tui velceris, &c.
 3. Humilia sectando,
 4. Tenuem questum faciendo,
 5. Parum fallendo.

Quæstus, inquam, tenuis est, quòd non nisi singula singulis ferè calceorum paria vendat, non numero magno simul & eidem, vt in quibusdam alijs mercibus.

Sed & parum fallere possunt Sutores & Cerdones excessu pretij; quod scilicet ferè vulgò omnibus est notissimum. Item, quod paris vnici calceorum venditione, non possunt aliquot vel florenis vel aureis pretium iustum excedere, vt facile fieri potest in alijs mercibus, vt bobus, aut equis diuendendis, aut pannis sericis, aut gemmis pretiosis, &c.

Ac licet quæstus Sutoria magnus esse possit, & Sutores quoque aliqui diuites possint euadere, nõ tamen id repente fit, sed lapsu temporis, neque ab vno emptore aut pauculis, sed plurimis omninò, cum quædam artes artifices mòx ditent, & à paucis emptoribus: quæ res mòx suspecta est iniusti in venditione pretij.

— Nàm diues qui fieri vult,

Et citò vult fieri, sed quæ reuerentia legum?

Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari? Iuuen. sat. 14.

Eaque de causa credibile est, SS. Crispin
Crispinianum hanc artē potius perdidicisse,
se innocenter illa alere cum primis possit.

Cic. lib. 3. Off. *Illud natura non patitur, ut
spolijs nostras facultates, copias, opes, augeamus.*

* 4. *Non magni laboris, ut sunt alię artes
lę, aut exercitia, ut coriariorum subactorū
(Tanneurs &c.) ut remigū, messorū, malleatorū
Cyclopicorum, baiulorū, dofluariorū Parisi-
sium; tabellariorum, ferrā secantium &c.*

Sedentarius totus est Sutor Cerdog; Sartor
instar. Sedendi autem labor minimus est, imò illi
affectamus fatigati.

Plauto vox *Sedentarij* media est inter (*Calceolarij, & Sutores*;) ubi scil. nomina variorum optificum
recenset.

Siccus quoq; sēper est, & sēper operatur sub
tecto, non pluuijs & cęli iniurijs expositus, ut
Mercatores, Aurigę, Tabelliones, & denique
Coriarij subactarii.

* 5. *Infirmi tati humanę accommodatissima, quę
sic, nimis estus, nimisq; frigoris impatiens est. Ergo
stulis & officinis sēper tēperatissimis viuuntur.*

Nā Hyeme, aut gelu asperiore, penu pro Sutorum
& officina est; itē Aestate feruentiore, ut dieb. ca-
nicularibus; ac sic asperissima Hyeme, tēperata tri-
gora in subterraneis tūc solito calidioribus, Aeste
te verò, tēperatos calores, in cryptis & specubus
lis tūc frigentibus Sutores patiuntur. Itaq; ip-
sorum quodāmodo est *perpetuū ver*, vel Autumnus quidā

Nobiliū magnorū instar, velut pro balneis frigidis
sed siccis, habēt loca illa subterranea, Car-

cula adurète; pro hypocauftis verò illa ipsa Hyme mediâ, & quidem sine notâ, aut suspitione vllâ vel tenui mollitiæ aut voluptatis (quâ ferè nobiles & diuitiores incurrût) sed potius cum necessitatis excufatione.

Necessitate enim, non studio voluptatis illuc coguntur. Necessitatē ipsam comitâte voluptate, necessaria quasi voluptate perpetui Veris, vel Autumni fruuntur.

Fœlix necessitas, qua ad meliora & beatiora compellit. Greg. ed alio sensu.

O fori. m. os, tantum bona si sua nōrint,

Cerdones! (al. agricolas) Virgil.

LII.

De Meditationum honestissimarum inter operandum hinc argumentis seu Occasionibus.

Iuuare etiâ potest ea vita sanctitatē, ac meditationem.

Certè legimus, aliquâdo Pafnutio Abbati in solitudine vitæ agenti diuinitus fuisse reuelatū. Heraclææ esse coriariū quēdam, quī vitæ meritò illū equaret, etsi is vxorē haberet, & filios. Et reuera ita erat. Quæsiū. n. illū diligēter à Pafnutio, & inuentū, testatū fuisse se, post secundā prolē susceptā, castitatē cū vxore colere. Iustitię studere ac Pietati, & hoc præcipuè moris habere, vt si quos inter se odio distractos cognouisset, continuò in gratiā reducere niteretur. Pallad. hist. 64.

Vti habet & Scythia Anacharsides suos, sic & quæuis conditio aut ars, Sanctos suos.

Nō inuenit tantā fidem in Israel Christus, quantum in Romano, milite, Centurione.

Audiui puer, ex patre meo piæ memoriæ quondam vr̄bis vestræ, & hic nato, cūm negotiantes (vt pueriliter fit) ad meliora erudiret, se hic Auesnis olim Sutorem adeo pium, patientem, ac mitem, vt nunquam bis repugnanti cuiquam refragaretur; sed cūm ipse quid de re cumque re adseruisset, & alteri neganti, iterum esse respondisset, si alter tūm quoque forte petiret refragari; semper responderet his ferè verba: *Mihi placet: ita ergo esto, aut similibus.*

Quis non putet, eiusmodi Sutores, ad singulorum subulæ suæ motus, & filii tractus, diuina quæque meditados?

Meditandi multa
piè occasio certè
multiplex Sutoribus, quæ ab

{	1. Materia, circa quam,
	2. Instrumentis artis,
	3. Vilitate artis,
	4. Prouerbis.

* 1. A Materia. A corio enim & pellibus animalium occisorum, quibus vtitur, Mortis suæ potest Sutor meminisse, quæ vnâ re vix quidquam potestius est, ad vitam feriò ac citò emendam.

Tunicis enim pelliceis sunt induti protoparentes, vt sua Mors, mortuorum animalium tegumento conspecto, iugiter in eorum mente verberetur. *Tostatus sup.*

Item potest admoneri concordia cum omnibus, vel hinc, quòd tanta facilitate diuersorum animalium coria potest consuere, bubalum, cumequino, ouillo, & lupino, si ita res ferat.

Habitabit lupus cum agno, &c. Isai.

Cūr non & Gallus cum Germano, Italo, Hispano, &c.

1. Forma lignea,
 2. Punctis illis, quæ vocant, quibus longitudinem calceorum metiuntur,
 * 2. Instrumentis artis, ut
 3. Setâ, Subulâ, Scalpro, &c.
 4. Clavis,
 5. Malleo,
 6. Filo, pice, &c.

* j. Formâ ligneam quam vocant, id est, ligneo illo pede, qui ipsis pro regula est & quasi amussi, cui superius calcei corium conformant, quo etiã calcaneum metiuntur, & cui soleam clavis adfigunt.

Idem aliquod Evangelij, & legis diuinę symbolum est, ad quam sic vita cuiusque formanda est, & deformata reformanda, ut ad formam illam ligneam calceus.

Vti ineptus sit calceus, qui non sit ex formæ lignæ præscripto, ita nec is bonus Christianus, quisquis legi Dei & Evangelio parùm conformis est.

Psal. *Ad omnia mandata tua dirigebar.*

Psal. *Et consilium meum iustificationes tuæ.*

* ij. Punctis illis, à quorum certo numero calceum denominant, nec ab eo deuiant, ad cõdẽ ut si vel vno puncto calceus maior sit, aut minor, inutilis omninõ sit futurus, vel angustia vel laxitate sua nimia æquẽ emptorem læsurus.

His enim admoneri potest Sutor rigoris illius in Deo tanti in censendis operibus ac monitis nostris, ut qui vnum legis præceptum, quasi punctũ, violauerit, sit periturus.

Qui offenderit in vno, factus est omnium reus.
 Omnium iustitiarum eius non recordabor. Ex
 Prou. Gall. Pour vn poil Martin perdit son
 Pili gratiã, Martinus aselli fecit iacturam: alijs die
 (pour vn point Martin perdit son asne, id est, pro
 vnum punctum, Martinus perdidit asellum suum: ve
 lijs, pour vn point perdit l' abbe son aune; id est, pro
 pter vnum punctum, amisit Abbas Alnense suum mona
 sterium.) Fabulam aliquandò credidi, aut calu
 niã, que historia est. & auditu non iniucunda, ne
 inutilis, & à fide digno Autore sic narratur.

Alnense monasterium est in Gallia Belgica, inter
 Francorum regni limites, & Namurcum oppidum fere
 medium, cœnobium amplum & copiosum Cisterciensis
 Ordinis, cuius Abbas vir pius ac liberalis, non solum in pa
 peres magnificus, verum etiã in omne genus hominum ad
 hospitalis erat, vt illud cœnobiũ inter mōtes ac sylvas
 bditũ, tanquã abrahæ patriarchæ domus, omnium hospitium
 videretur. Quid opus est multis? Ne quis hospes impet
 sus, aut incœnatus fortè transiret, monasterij ianua ver
 siculum istũ pedibus literis curauit inscribi: PORTA
 PATENS ESTO, NVLLI CLAVDARIS HONESTO
 Ea religiosa hospitalitatis virtus illũ omni hominũ gene
 ri adeo amabile charũq, reddiderat, vt egentium cœno
 biũ cõmunis pater videretur. Illi quotidianis eleemosynis
 fruebatur: hi tantã humanitati ac beneficiã agrarum ma
 iora in cœnobiũ munera cõferebant. Tandẽ pio illo Abba
 te defuncto, eius successor Martinus nomine, ad reueren
 tior, nõ pro decessoris vestigia sequi, sed hospitalitatem
 nuere cœpit, illũq, versiculũ, que ianua insculptũ super
 ius ostẽdimus, cũ ob inuidiã radere nõ auderet, mutato
 translatoq, puncto, vt legeretur (PORTA PATENS ES
 TO NVLLI. CLAVDARIS HONESTO) itã deuo

fit, vt contrariū precipere videretur. Res multorū sermonibus agitata, tandē in Summi Pontificis notitiā venit, qui cū Abbatis facinus intellexisset, nō quod is maleficus, magus, aut impius diceretur, sed quod vnū punctū callidē mutasset, illū honore priuauit. Sic R. P. F. Ioan. Dubliulus. Francif. Hodcep. sui li. 5. pag. 193. 194.

(Ioann. Cassia. collat. 1. Abbatis Moysi, c. 4. meminit quorundā hæreticorū responsionē Christi ad latronem sic distinguentiū: *Amen dico tibi hodie: Eris in paradiso.* Et reddit caulam; videre profuerit.)

Vt ergo ille, à puncti vnus vitio, Abbatia sua excidit; & Sutor puncti vnus adiectione, aut diminutione, calceū totū reddit inutilē sibi, & emptorū; ita vnus dumtaxat diuini præcepti cōtemptus, exitialis futurus est Christiano. O tremēdam potentissimi Iudicis seueritatem!

Deindē; & punctis illis suis iisdē admoneri potest Sutor, vel pūcto vno solo in scripturis diuinis tracto, aut adiecto, totā Fidē atq; indē salutē ruere.

D. Aug. de doct. l. 3. Christ. memorat Arianos, in sui erroris confirmationem, ita Ioannis Euangelistę verba distinguere solitos, vt ad hūc modū illā Euangelij sententiā legendā esse contenderēt, Ioan. 1. *In principio erat Verbum, & Verbū erat apud Deū, & Deus erat.* ac deindē, interposito puncto; iuxtā impiam ipsorum sententiam sequebatur: *Verbum hoc erat in principio apud Deum.*

Seruetus Hæreticus, in libris, quos Geneuæ de errore Trinitatis inscripsit, illā B. Pauli sententiā, quā suę blasphemię repugnātē intelligebat, Ro. 11. *Quorū Patres, ex quib. Christus secundū carnē, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amē.* ita distinguen-

guendam, imò detorquendam contendit, in
perfidia corroborationem, vt, transposito
toque puncto, legendum esse diceret: *Quorum
tres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est
omnia*. Deinde, affixo puncto, addendum: *Deus
neditus in sacula, Amen.* vt hoc Epiphonema Rhetor-
toricum esse videatur.

Vndè, & Sutor concludere secùm facile possit,
non sibi sapiendum vltra crepidam, non ludendum
in scripturis, aut confidentius legendum, ne male
dispungens in hæresim dilabatur, & ex Sutore aut
Cerdone Catholico, fortè fiat nescio quis Cerdon-
Hæreticus, aut Cerdonianus assertor eius hæresis,
quæ duo ponit principia, negat Christum natum
de scœmina, veramque carnem habuisse, vereque
passum & mortuum, sed se pati simulasse.

* *iiij. Setâ, &c.* quæ quâ prior initoramen à sub-
bula factum, & indè exiens ipsa filum introducit
ibique relinquit; admonere Sutorem possit Ti-
moris Dei initialis, & Charitatis. Timoris, in quâ,
quâ scilicet ab illo ordimur vitam meliorem: &
quâ is, cùm introduxerit Charitatem, euanescit
(*perfecta enim charitas foras mittit timorem.*) Gene-
ratio vnius, corruptio est alterius.

Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos.
** *Subula*, quæ, quâ perforat corium, & viam
facit, setæ ac filo mansuro, admonere potest Cal-
ceolarium Inferni, compunctionum, & Tormentorum
ceterorum ibi peccatores manentium, vnde
de timere Deum primum discant, deindè illum
filialiter constanterque amare.

Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas, &c.
Psal.

Pfal. 31. *Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina.*

Galat. 2. *Christo confixus sum cruci.*

*** Scalpro, quod quâ corium insensiliter ferè dissecat (itâ scilicet acutum est) Mortis symbolum aptissimum est, insensiliter quotidie aliquid vitæ nostræ decerpentis, & animum à corpore, & hominem ab amicis diidentis. Vndè & Mors ferè falce armata pingitur,

Siccine separas amara mors!

Pfal. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum.*

Isai. 38. *Præcisa est velut à texente vita mea: dùm adhuc ordiret, succidit me.*

— *mediâ cecidère abrupta iuuentâ*

Gaudia, florentesq; manu scidit Atropos annos.
Statius lib 3 Sylvarum.

* 4. *Clavis* ferè numero tribus, quibus solea ligno ac formæ adfigitur, admonetur Sutor clauorum illorum, seu trium, seu quatuor, quibus ligno Crucis Christus confixus est, vt condoleat, oretq; & impetret, itâ arctè Deo suo amoris & timoris clavis coniungi, vt Christus cruci.

* 5. *Malleo* ferreo, quo coria tunduntur, extenduntur, & si rugosa sunt poliuntur, refricatur memoria mallei, quo clauis in carnem Christi tenerimam, ac crucem, tanta vi, tamq; crudeliter, transadacti sunt.

Item mallei verbi Dei, *conterentis petras*, vt illo Deus cor sũum durum vel tandem molliat, atque expoliat.

Item malleorum percutientium stultos, *Prou. 19. ne peccata continuando, totus aliquando & animo*

nimo & corpore fiat Cyclopus illorum, & leatorum infernatum incus.

* 6. *Filo*, quo coniunguntur coria corijs, in ora superioribus: pice, quâ fila vniuntur, & rotantur, designari possit reconciliatio & vnio stri cum Deo, per meritum passionis Christi, facta atque ita de cæteris *Facile est inuentis addere*. Et milium similis est disciplina.

* 3. *Vilitate artis*, docetur etiam Sutor inter humilitate pollere, vt animus & cor manibus conueniant.

Cacophoniam enim simile sit, vilissima exercere, & animo Nobilibus quibuscumque se æquare, aut præferre, magna de se sentire, &c.

* 4. *Proverbij*s multis inde petitis.

* j. illo, *Ne sutor ultra crepidam*: admonetur, vt nisi paria viribus vnquam suscipiat, audeat, &c. *Sumite materiam vestris qui scribitis equam Viribus, & versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri*. Horat. de arte.

Et illo quoque: *Ne supra pedem calceus*: ne audeat scilicet illiteratus Cerdo euangelizare, vt quidam audaculi nouissimis istis tumultibus.

* ij. Illo: *Il a trouuë soulier à son pied*, id est, calceum inuenit pedi suo parem, q. d. *malo nodo malum cuneum*, aut audax audaciâ parem: Ne scilicet quam temerè inuadat calumnijs litibus, &c.

* iij. Illo. *Eundem calceum omni pedi induere*, ex Galeno. Non valere vnum idemq; consilium aut remedium, aduersus omnes animi morbos, a quibus peccata. Eijci quædam dæmonia ieiunio & oratione, alia aliter.

Videtur, quàm magnarum rerum schola esse possit, Sutoria?

Cæterum, est etiã ubi peccetis, Sutores ac Cerdones; libereque & paucis mihi admonendi, nunc more meo estis, et si vel nudipidem me semper deinceps idcirco ambulare oporteat, per olores veritatis ex me nunc audieridæ.

Peccat ergo grauter Cerdones nonnulli; hi

- 1. Inuentione nouitatum;
- 2. Falsificatione coriorum;
- 3. Precipitantia operarum;
- 4. Diminutione talorum.

* 1. Inuentione nouitatum. Nam calceos sic oculatos quandoq; faciunt, sic dissecant, sic vermiculant, sic perforant, sic ocellulant, vt nec ad calorem profint aduersus frigora; nec ad siccitatem, aduersus pluias, lutumq;.

Plenus rimarum est, hac illac perfluit calceus. Plaut.

Non creditis (miseri) quemadmodum sartores, nouis vestium formis inuentis, peccant, ita vos? Sartores & sutores nouarum formarum somniantores, pœnas graues, cum illis ipsis qui gestant, daturus, ac forsitan grauiores, vt mali incentores?

* 2. Falsificatione, &c. Equinum corium pro bubalo rusticis imperitis non raro vendunt scilicet; sic vt equitare quotidie cogantur pedites, pueruli, & mulierculæ equitandi imperite, id est, equinum corium calcare, & charta bibula bibaciores calceos gerere, mox deterendos.

An fortè paruo tunc damno affectam putatis mulierculã misellã, lanificã, quæ sola lana & collo vicitat? aut miserum fossorem, aut messorum?

Ego

Ego opinor maximo, & crudelissimo.

Nam Trimestri inedia & labore, forte pauperum
eorum comparant.

At maior est (inquis) aurifabri fraus, vitæ
pro adamante vendentis,

Ita est: sed soli Nobiles, sed soli Opulentissimi
decepti sunt; hic pauperes ut plurimum, quibus
durius est, ferre à Sutore paucorum nummorum
fraudem, quam Nobilibus & Opulentis ab Au-
rifabro & Lapidario, multorum aureorum.

Gemit sub sacculo puerulus; ridet Atlas, totum
Cœlo licet eius humeris incumbente.

Nescitis duo minuta viduæ missa in gazophylacium
ideò tanti estimata, quòd essent tota eius substantia?

Mensurandi horum & istorum humeri: noscenda
queque bursæ utrorumque; mensura, ut fraudis peccati-
queque granditatem metiaris,

Ita fallentes per auaritiam, iam non Sutores
estis, sed Cerdone, sed meri Veteramentarii.

Cerdone enim quidam dictos aiunt, à Græca
vocabulary, quæ lucrum significat, unde & Lucro-
crones Latini adpellant.

Cerdone ergò eo malo dolo, è Sutoribus euaditis,
quoniam Lucrone, & lucri nimis studio estis, & malis artibus.

Quam à SS. Patribus vestris Crispino & Crispiniano
sic fallendo abestis! Deus bone! si enim à
fraude illa tam alieni, ut nec pretium vllum à quo
quam reciperent, victum tantum (opinor) tenuerunt
omnino ab ipsis expetentes.

Pauperum quoque cura acrius mordebantur
Nam

Nam cum sunt quaesiti ad mortem à Maximiano, inuēti sunt boni viri calceos pauperū instaurātes.

Si hūc tendere non libet, aut nō licet cuiuis; saltem ab iniquis pretijs, à fraudibus eiusmodi, & coriorum falsificatione, abstinete.

Vellent (credo) qui eiusmodi sunt, etiā magnę arcis agrum obtinere, si possēt, pro spatioso, quod corio bouis posset operiri; si tamen suos Iarbas & stultos, ut quondam Dido fugitiua, inuenirent.

Ferunt, n. Didonem olim cum fratre Pygmalionem, mariti sui Sichæi parricidam fugiens, in Africam peruenisset, emisse ab Iarba Rege tantum soli, quantum taurino tergo posset circumdare. Itaque dissecto in minutas ligulas tergo, tantum agri illo circumdedit, quantum arci illi extruendæ satis esset, quæ in media Carthaginensium urbe fuit, spatium sc. 20. ferè stadiorum, ut scribit Iulius Pomponius: vel 22. ut Seruius: unde & loco nomen inditum. Βύρσα enim Græci corium appellant, & Βύρσα coriarium. Quæ de re Virgil. 1. Aeneid.

Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam,

Taurino quantum posset circumdare tergo.

Quod tegere dūtaxat debuit, circumdedit sc. atque ita longè maius loci spatium, quàm conuenerat, Dido occupauit. Vide Appianum in Libyco.

Meminerunt huius rei Seruius, Iulius Pomponius Sabinus comment. in 1. Virg. item Iustinus.

Quin etiā vellēt, qui eiusmodi sunt, & corio equino, pro bubulo, rusticis vendito in calceis, numis ex pelle factis mercari, ut Carthaginenses olim, ut est apud Platonem in dialogis.

Fumos etiã (credo) venderent cum Termis
& solos nidores affatarum carniũ quarumcu-
si Caupones essent.

Saltem, cum calceis eiusmodi ex equili cor-
darent etiã calcaria ipsis emptoribus, ad vige-
dum equorum tarditatem.

Et vtinam nec tales calceos venderent Fran-
canis, quibus temerè equitare non licet; nec pu-
rulis aut mulierculis, quibus equitare vel inuisi-
tum, vel indecorum, vel periculosum!

* 3. *Præcipitantiã* operarum, qua fit, vt malè co-
futi calcei, a quibus sint peruij paruaque sint durati-
onis. Fideles sint operæ, sed iusta earum pretia ex-
igantur.

Diuturniora enim & ætatem passura magis de-
siderant pleriq; omnes, seu in domibus ac muris,
seu in vestibulis, seu in calceamentis &c. quã polita.

Non cuius in promptu est, quotidie noua com-
parare. *Non disertus sed fortis*, ait ille: alius in hoc
negotio, *non argutus, sed fortis*.

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.
Cerdones quoque in eo genere peccant, quod
nonnunquam reparandi prætextu, penè deterio-
res calceos remittant, quã acceperunt.

Imitari prauè hoc est ahenorum vasorum re-
paratores, qui dum rimam vnã obturant, alterã
aperire dicuntur, &c.

* 4. *Diminutione.* Vt hoc iocosè dicam, de re-
mè bonis valdè flebili, talos calceorum adeò nũc
plerique breuiant atque accidunt, vt adolescentu-
lis & mulierculis multis scandalo sint, & labendi
nonnulla occasio, nouit Deus in quas sordes. Tam

Tam strictæ nunc fiunt plantarum soleæ, tam circumcisæ, ut gradum figere, & firmiter stare loco nesciant meretriculæ, minimoque digituli impulsu labascant, & impiorum more, retrorsum cadant, & dum amatoribus lubricis aliquando succumbunt, causari possint calceorum illam lubricitatem, & instabilitatem.

Plotiores paulò maioreque pedum planitie essent, & gradu firmiore starent, si latioribus & laxioribus soleis, & talis longioribus calceos suos Sutores deinceps esse instituerent. (*Nota, Lector, Plotas, pedes ab umbris appellari, vnde Ploti planipedes dicti*)

Podaleirios, & pedum magnitudine valentiores, rariùs cadere contingit.

Quis non basim amplam ac latam facit, pro pyramidis altitudine, latitudine, ac pondere?

At pyramidibus istis ac statuis animatis, proceris, ponderosissimis, & in terram semper vergentibus, Sutores isti quam possunt strictissimos calceos, ac sandalia, quasi bases conficiunt, ipsis firmiter gerendis valde impares, & mòx ad casum præcipitantes.

Quid vacillantem, & in casus omnes pronissimam Naturam malignè impellitis?

Vidit vel popellus Romanus, magnis amplisque statuis bases magnas lataque esse necessarias, pro modo statuarum.

Nam, cum muliebrem formam, quæ orbem dextra gereret, ad maiestatem Romanæ urbis honorandam, nescio quis statuarius opere fusorio magna arte edidisset; quidam è populo spectatore

solas tibias, quasi tantæ moli perferendæ imp
accusarunt.

Ergò adolescentulis istis nostris & mulier
calceos parate ampliores, pro molis ipsarum
plitudine.

Nisi fortè respondeât sutores nostri ferè q
statuarius tunc ille: *Tibias illas statuae sufficere, ut
staturas, donec virgo pareret.* & soleas illas stricte
adolescentulis illis in gradu suo continendis suffi
cere, & stabilituras vnam quamq; esse, dum Virg
cõcipiat, .i. corrûpatur ipsa. *Vid. Policrat. l. 2. c. 6.*

Sed in re tam seria nihil video iocandum; poti
ùs omnibus omnia tuta seriò timenda, & cautibus
omnibus præuertendis studendum.

Si cuiquam fortè timerent Sutores. ne pernio
nibus, & talorum morbo laboraret, aut ne pici seu
oculos, seu nidos (vt vocant) articuli pedum con
traherent, à calceorum angustijs: (credo) lanos
latosque componerent. Cùm ergò tam arctos hinc
et osque conficere pergant adolescentulis facili
indè lapsuris?

Cùm semper argutias nouas, quas ostentent vir
fœminis, fœminę viris, inuicemq; in Venerem
cessant, calceis suis Sutores adfingant?

Nescitis quantam vim procacitatem que repo
nat vulgus adolescentulorum atq; adolescentula
rum, in calceorum concinnitate?

Cant. *Quàm pulcri sunt pedes tui in calceamentis
filia Principis!*

Nescitis infame prouerbium, quo calcei me
sura nescio quid homines lasciuī metiuntur, et
fortè mentiuntur?

Nunquamne audistis, aut legistis illud: *Noscitur ad nasum mulier quæ vendit omasum?*

Carpserit Momus in Venere hoc tātum, quòd crepidæ eius altiusculè crepitarent; ego nunc in Sutorib. hoc ferè solùm, aut maximè carpo, quod nimium ingeniosi inuētores nouitatum in calceo, mòx lutosissimo futuro, videri volunt. etsi fortè Momus aliquis tertius vicissim in Venere qualicumq; Concionis huius, sit reprehensus tantum strepitum, & increpationem tam acrem calceorū paulò argutiorum, quàm Christianis satis sit.

Laudantur quidem DD. Patroni vestri Crispinus & Crispinianus, ab excellentia Sutoriæ artis, apud Surium; sed non ab inuentionū nouarum subtilitate, ab argutijs calceorum, ab illa ocellulandi aut lancinandi calceamenti peritia; minimè gentium: sed à corij optimi vsu, sed ab operum duratione, à futuræ firmitate, à calceorum cum pedib. gestantium adæquatione, & facilitate, &c.

Non satis est, pulchra esse poemata, dulcia sunt, comoda, duratura, &c.

Sed nec eundem calceum omni pedi induebant, vt est in prouerbio.

Nec infra, nec supra pedem erat calceus vllus, qui ab ipsis proficiscebatur.

Christianis non licèt esse tam argutis, in tam proiecto indumento.

Satis est, Necessitati ac Commoditati studiosè prouidere.

Ergò, neque vltra hæc, neque citra, ite; & ego artem hanc vestrà, cum VVillotio Curione quòdā vestro, dicam verè bonā, atq; innocentē, &c.

Dicam, non esse, cū animo dei iaciatur, si
domesticæ opes sublimius non euerint, si
sutrīnā incluserint, imò Cerdonē esse coegerit.

Nam si solatium est miseris, habere pœnā
gnominæ socium, quid est Cerdonem habere
os hos Diuos socios, imò (vt dixi) Deum ipsum?

*An piget cum Phocione mori: cum Diuis, cum
ipso in Sutrīnā, sutoriam exercere?*

Pala & mica.

* 1. *Nihil pudendum operari, etiam maximè
cuique, non etiā humilia opera.*

Rudolphum quendam, Austriacæ domus glo-
riam, sarcire vestitum simpliciorē palā non pu-
duit, neque pigebat rapis vel sciagro euulsis, in vi-
ctorisq̄ totius exercitus conspectu. Ioannes He-
rold. *Panegyri. pag. 90. 91.*

Adam adhuc beatissimus, ex agro Damasceno
in paradisum à Deo translatus est, vt operaretur
custodiret illum. *Genes.*

Romani Consules, Dictatores, &c. ab aratris, ad
imperium vocati; imperio verò defuncti ab imperio
ad aratra redierunt. Eadem manus sceptrum ara-
trumq̄ tractabat.

Quintus Cincinnatus primus Romanorum di-
ctator, ab aratro accitus est.

Pascebatq̄ suas ipse Senator oues. Ouid. lib. Fast.

* 2. *Vt oliuor non nunquam est opportuna loquuntur
sic & sutor, & Cerdo.*

*Cic. l. 1. de nat. Deor. Orpheum, poetā docet Ari-
stoteles nunquā fuisse, & hoc Orphicū carmē Py-
thagoræ ferunt cuiusdā fuisse Cerdonis. (Cerdo
nis, inquā, sed opificione, an nomine, nescio.*

INDE